

ORDO LITURGICUS
LITURGIÆ HORARUM CELEBRANDÆ

SACRIQUE PERAGENDI
IUXTA CALENDARIUM
CONGREGATIONIS BENEDICTINÆ
S. MARIÆ MONTIS OLIVETI
PRO ANNO LITURGICO
MMXX - MMXXI

QUEM

Ill.mus et R.mus Pater et Dominus

D. DIDACUS M. ROSA

ABBAS GENERALIS CONGREG. OLIVETANÆ
ORDINIS SANCTI BENEDICTI
IN ARCHICŒNOBIO MONTIS OLIVETI MAIORIS
(ABBATIA TERRITORIALI)
ET IN ECCLESIIS MONACHORUM, MONIALIUM
SERVARI IUSSIT



De mandato Abbatis Generalis
editus est
ex Archicœnobio Montis Oliveti Maioris

Index

Signa et abbreviationes.....	3
De Liturgiæ Horarum obligatione.....	4
De memoriis quae celebratione plena privantur.....	5
De diebus paenitentiaë.....	5
Pro defunctis nostris.....	6
Tabula temporaria MMXX-MMXXI.....	7
Celebrationes mobiles.....	7
Annus liturgicus 2020-2021.....	7
Calendarium Liturgicum.....	8
Resurrectionem exspectantes Fratres et Sorores in pace dormierunt.....	57
Iubilæum hoc anno celebrabunt.....	58

SIGNA ET ABBREVIATIONES

Alb.:	albus (color)	LM.:	Lectionarium Missæ
Rub.:	ruber	M./Mm.:	Martyris/um
Vir.:	viridis	MR.:	Missale Romanum
Viol.:	violaceus	Ms.:	Missa
Ros.:	rosaceus	†:	Necrologium
AM:	Antiphonale Monasticum	O.L.:	Ordo Liturgicus
Ad lib.:	Memoria ad libitum	O.L.M.:	Ordo Lectionum Missæ
C.:	Constitutiones	O.N.:	Ordinis nostri
Comm.:	Commune (is)	or.:	oratio
C.N.:	Congregationis nostræ	P.:	Presbyteri
cfr.:	confer	p.:	post
Cr.:	Symbolum dicitur in Missa	pag.:	pagina
D.:	Doctoris Ecclesiæ	PE:	Preces eucar.
Dir.:	Directorium	Pf.:	præfatio
dom.:	dominica	Pp.:	Papa
E.:	Episcopi	pr.:	proprium (a)
¶ E.m.P.:	Exercitium in Memoria Passionis	Rel.:	Religiosi/æ
Ev.:	Evangelium	Resp.:	Responsorium
Ev.:	Evangelista	S.:	Sancti/æ
F.:	feria	seq.:	sequentes
Gl.:	Gloria in excelsis	Ss.:	Sanct/i/æ/orum/arum
I.L.H.:	Institutio generalis Liturgiæ Horarum	TLHM.:	Thesaurus Liturgiæ Horarum Monasticæ
I.M.R.:	Institutio generalis Missalis Romani	tt.:	tantum
L.:	Laudes	V.:	Virginis
ll.:	lectiones	Vp.:	Vesperæ
Lf.:	Lectionarium feriale	v.:	Vide

Ceteræ abbreviationes non egent explicatione.

DE LITURGIA HORARUM

DE LITURGIÆ HORARUM OBLIGATIONE

1. - Episcopi, presbyteri et diaconi ad presbyteratus aspirantes, qui mandatum ab Ecclesia acceperunt Liturgiam Horarum celebrandi, integrum eius cursum cotidie persolvant, horarum veritate, quantum fieri potest, servata.

Debitum in primis momentum tribuant Horis, quæ huiusmodi Liturgiae sunt veluti cardo, idest Laudibus matutinis et Vesperis, caveantque ne has Horas omittant, nisi gravi de causa.

Officium quoque lectionis, quod est potissimum celebratio liturgica verbi Dei, fideliter peragant; ita munus peculiari ratione sibi proprium, verbum Dei in seipsos recipiendi, cotidie adimplent, quo perfectiores fiant Domini discipuli et profundius sapient investigabiles divitias Christi.

Quo melius totum diem sanctificant, cordi insuper ipsis erit recitatio Horæ mediæ et Completorii, quo ante cubitum integrum Opus Dei perficiant seseque Deo commendent.

2. - Capitula cathedralia et collegialia illas partes Liturgiæ Horarum in choro persolvere debent, quae iis iure universalí vel particulari imponuntur.

Singuli vero horum Capitulorum sodales, præter Horas, quae omnibus sacrorum administris persolvendæ sunt, illas Horas soli recitare debent, quae in eorum Capitulo persolvuntur.

3. - Communitates religiosæ Liturgia Horarum adstrictæ, earumque singuli sodales, Horas celebrent ad normam iuris sui particularis, salvo praescripto circa eos qui Ordinem sacrum acceperunt.

Communitates vero choro adstrictæ integrum cursum Horarum cotidie in choro persolvant; extra chorū autem sodales Horas recitent ad normam iuris proprii, salvis semper iis quae respiciunt eos qui Ordinem sacrum acceperunt.

**DE MEMORIIS QUAE CELEBRATIONE
PLENA PRIVANTUR (ILH, 237-239; IMR, 316 A)**

10. Memoriæ quae diebus a 17 ad 31 decembris et feriis Quadragesimæ occurunt (exclusis feria IV Cinerum et Hebdomada sancta), hoc modo celebrari possunt:
- a) In Officio Lectionis, post lectionem e Patribus in Proprio de Tempore cum suo responsorio, addatur lectio hagiografica propria cum suo responsorio et oratione de Sancto.
 - b) Ad Laudes Matutinas et Vespertas, post orationem, omissa conclusione, addantur antiphona et oratio de Sancto.
 - c) Ad Missam diei currentis dici potest collecta de Sancto, qui in calendario generali inscribitur.

**DE DIEBUS PAENITENTIÆ
(E CODICE IURIS CANONICI)**

Can. 1250 - Dies et tempora pænitentialia in universa Ecclesia sunt singulæ feriæ sextæ totius anni et tempus Quadragesimæ.

Can. 1251 - Abstinentia a carnis comeditione vel ab alio cibo iuxta conferentia Episcoporum præscripta, servetur singulis anni sextis feriis, nisi cum aliquo die inter sollemnitates recensito occurrant: abstinentia vero et iejunium, feria quarta Cinerum et feria sexta in Passione et Morte Domini Nostri Iesu Christi.

Can. 1252 - Lege abstinentiæ tenentur qui decimum quartum ætatis annum expleverint; lege vero ieunii adstringuntur omnes ætate maiores usque ad annum incepturn sexagesimum. Current tamen animarum pastores et parentes ut etiam ii qui, ratione minoris ætatis ad legem ieunii et abstinentiæ non tenentur, ad genuinum paenitentiæ sensum informentur.

Can. 1253 - Episcoporum conferentia potest pressius determinare observantiam ieunii et abstinentiæ, necnon alias formas paenitentiæ, præsertim opera caritatis et exercitationes pietatis, ex toto vel ex parte pro abstinentia et ieunio substituere.

PRO DEFUNCTIS NOSTRIS

«Quando ad domum Patris revertitur monachus vel novitius, sacerdos quisque Congregationis Missam litet pro eo; qui vero non sunt sacerdotes, integrum dicant Rosarium.

In quovis insuper monasterio celebretur Missa conventualis atque Laudes dicantur vel Vesperae defunctorum. Si leges liturgicae sinunt, totum officium defunctorum pro officio diei licet celebrare.

Communitas cuius erat monachus, celebret Missas gregorianas.

Oblati viventes in Communitate iisdem ac monachi fruuntur post mortem caelestibus solaciis, sed tantum in monasterio cui assignati erant.

Pro patre et matre, fratribus et sororibus defunctis monachorum celebretur Missa in Communitate cuius monachus est particeps...

Semel in mense celebretur in quolibet monasterio Missa conventualis pro parentibus et monachis nostris vivis et defunctis.

Quotidie Communitas oret pro monachis, propinquis et benefactoribus defunctis.

NECROLOGIUM CONGREGATIONIS OLIVETANAЕ (ab anno 1921)

1. - Quotidie in monasteriis nostris elevanda est ad Deum prex suffragii pro Congregationis fratribus defunctis.
2. - Commemoratio defunctorum Ordinis nostri potest fieri post divini Offici quamlibet Horam, prout opportunius videbitur, vel inseritur in precibus ad Vespertas.
3. - Hoc modo annuntiatur, si commemoratur aliquis defunctus: DIE... (dies et mensis) IN ... OBIIT ... ITEM COMMEMORATIO ... Alias dicitur: COMMEMORATIO OMNIUM FRATRUM, FAMILIARIUM ORDINIS NOSTRI, ATQUE BENEFACTORUM NOSTRORUM.
4. - Sequitur «Requiescant in pace ... De profundis ... cum Or. «Deus veniae largitor» etc ...

TABULA TEMPORARIA MMXX-MMXXI

	Anni elapsi
A nativitate S.P.N. Benedicti (480)	1541
A transitu eiusdem (547)	1474
A fundatione Archicœnobi M.O.M. (1319)	702
Ab obitu S.P.N. Bernardi Tolomei (1348)	673
Ab exaltatione S. Pont. Francisci (2013)	8
Ab electione Abbatis Primatis O.S.B. (2016)	5
A 2 ^a electione Abbatis Generalis (2016)	5

CELEBRATIONES MOBILES

Dominica I Adventus	29 nov.
Sanctæ Familiae	27 dec.
Epiphania Domini	6 ian.
- ubi in dominicam transfertur	3 ian.
Baptisma Domini	10 ian.
Dies Cinerum	17 febr.
Dominica Resurrectionis	4 apr.
Ascensio Domini	13 maii
- ubi in dominicam transfertur	16 maii
Dominica Pentecostes	23 maii
SS.mæ Trinitatis	30 maii
SS.mi Corporis et Sanguinis Christi	3 iunii
- ubi in dominicam transfertur	6 iunii
SS. Cordis Iesu	11 iunii
D.N.I.C. universorum Regis	21 nov.

Iuxta traditum morem, hae celebrationes mobiles fidelibus annuntiari possunt in sollemnitate Epiphanie, intra Missarum sollemnia, post Evangelium

ANNUS LITURGICUS 2020-2021

Hoc anno sumitur:

ad Officium lectionis	cyclus lectionum:	I
in Ms. dominicali	cyclus lectionum:	B
in Ms. Feriæ	cyclus lectionum:	I
ant. ad Magn. I Vp. Dom.	cyclus anni:	I
ant ad Ben et Magn. Dom.	cyclus anni:	B

November

NOVEMBER

TEMPUS ADVENTUS

Tempus Adventus duplicum habet indolem: est enim tempus præparationis ad sollemnia Nativitatis, in quibus prior Dei Filii adventus ad homines recolitur, at simul tempus quo per hanc recordationem mentes diriguntur ad exspectationem alterius Christi adventus in fine temporum. His duabus rationibus, tempus Adventus se præbet devotæ ac iucundæ exspectationi. Praefatum I Adv. sumitur usque ad 16 dec. inclusive.

28 Sabb. I Vesperæ dom. I Adventus

Viol. † In monasterio S. Mariæ Picciani obiit R.P.D. Ivis M. Morsa (2020)
Ad Compl. *Alma Redemptoris Mater*

*Cras incipiet novendialis supplicatio ante sollemnitatem
in Concepcione Immaculata B.M.V.*

29 DOMINICA I ADVENTUS (I Psalm.)

Viol. Ms. pr. sine Gl., Cr., Pf. I Adv

30 F. II S. ANDREÆ AP., Festum

Rub. Ms. pr., Gl., LM. pr., Pf. Apost.
• Becci: S. Andreæ Ap., Patr. Loci, Festum.

DECEMBER

1 F. III De ea

Viol.

2 F. IV De ea

Viol. • Abu-Gosh (Alb.): In Dedicatione Ecclesiæ Monasticæ, Sollemn. Ms. et Pf. Dedic., Gl.,
3 ll., Cr.

3 F. V S. Francisci Xavier, P., Memoria

Alb. Pf. I Adv. aut de sancto

† In Archicœnobio M.O.M. obiit R.D. Silvester M. Maglione (1973)

December

4 F. VI De ea

Viol. vel [ad lib.] (Alb.): S. Ioannis Damasceni, P.D.

• Abu-Gosh (Alb.): S. Ioannis Damasceni P. D., Memoria

† In abbatia Sereniensi obiit D. Victorinus M. Grossetti, clericus (1924)

5 Sabb. De eo, Vp. seq.

Viol. vel [ad lib.] (Alb.): S. Sabbæ, Ab., Vp. seq.

• Abu-Gosh (Alb.): S. Sabbae Ab., Memoria

† In monasterio Dominae nostræ Sanctæ Spei Mesnilli obiit R.P.D. Benedictus M.

Wahl (1950)

† In monasterio S. Bartolomæi apud Florentiam obiit R.P.D. Hieronymus M.

Francini (1959)

† In Archicœnobio M.O.M. obiit Fr. Modestinus M. Ballabio, conversus (1968)

6 DOMINICA II ADVENTUS (II Psalm.)

Viol. Ms. pr. sine Gl., Cr., Pf. 1 Adv.

† In abbatia S. Mariae Novæ de Urbe obiit R.P.D. Vergilius M. Sabatini, Procurator Generalis C.N. (2015)

7 F. II S. Ambrosii, E. D., Memoria, Vp. seq.

Alb. • Palo del Colle (Alb.): In Dedicatione Eccl. Monast., Sollemn. Off. Dedic. In Ms. Gl. 3 ll., Cr., Pf. Dedic. Vp. seq.

• Serenii (Alb.): S. Ambrosii, E. D., Patr. Archid., Sollemn. Ms. pr., Gl., Pf. Past., Vp. seq.

• Rodigi (Alb., ex heri): S. Nicolai, E. Titul. abbatiae et Loci Patr., Sollemn. Ms. de Comm. Pastorum, Gl., 3 ll., Cr., Pf. Past., Vp. seq.

† In monasterio S. Michælis Bononiae obiit R.P.D. Laurentius M. Capra (1948)

† In Archicœnobio M.O.M. obiit R.P.D. Severinus M. Castignani (2000)

Cras Missa, ceteræque Preces pro Rev.mo Abb. Gen.

8 F. III IN CONCEPTIONE IMMACULATA B.M.V.

Alb. Sollemnitas, Ms. pr., Gl., Cr., Pf. pr.

† In monasterio S. Michælis Bononiae obiit R.P.D. Stephanus M. Bellatorre (1981)

9 F. IV De ea

Viol. vel [ad lib.] (Alb.): S. Ioannis Didaci Cuauhtlatoatzin

† In abbatia Sereniensi obiit R.P.D. Veremundus M. Spinnato (1975)

10 F. V De ea

Viol. vel [ad lib.] (Alb.): B.M.V. de Loreto

† In abbatia Sereniensi obiit R. mus P. Stanislaus M. Cazzaniga, Abbas resignatus (1947)

† In abbatia S. Mariae M.O. Rivi Nigri obiit D. Romualdus M. Mariozzi Campos, clericus (1966)

† In monasterio "Risen Christ" Californiae obiit R.P.D. Albertus M. Mayer (2011)

December

11 F. VI De ea

Viol. vel [ad lib.] (Alb.): S. Damasi I, Pp.

• Pecos: Vp. seq.

† In monasterio Dominæ nostræ Sanctæ Spei Mesnilli obiit R.P.D. Anselmus M. Vincent, Prior claustral is (1952)

Anniversarium pro benefactoribus nostris

12 Sabb. De eo, Vp. seq.

Viol. Vel [ad lib.] (Alb.): B. Mariae V. de Guadalupe

• In tota America (Alb.): B.M.V. de Guadalupe, Totius Americæ Patronæ, Festum, Ms.

pr., Gl., Pf. de Beata, Vp. seq.

• Pecos (Alb.): B.M.V. de Guadalupe, Tit. abbatiae, Sollemnitas Ms. pr., Gl., Cr., Pf. de Beata, Vp. seq.

13 DOMINICA III ADVENTUS (*Gaudete*) (III Psalt.)

Ros./ Ms. pr. sine Gl., Cr., Pf. 1 Adv.

Viol. † In abbatia Mayliliensi obiit R.P.D. Fulgentius M. Lagrâce, Prior (1966)

14 F. II S. Ioannis a Cruce, P.D., Memoria

Alb. † In abbatia Mayliliensi obiit R.P.D. Emmanuel M. Saramagnan (2005)

15 F. III De ea

Viol. † In Austria obiit R.P.D. Theodorus M. Ryglewski (1961)

† In monasterio S. Stephani Bononiæ obiit Rev.mus P. Romualdus M. Zilianti, Prior et quondam Abbas Generalis (1975)

16 F. IV De ea

Viol. • Abu-Gosh (Alb.): S. David Regis et omnium Sanctorum Maiorum Christi, Mem.

† In abbatia Beccensi obiit R.P.D. Bernardus M. Hédou de la Héraudière (1985)

17-24 DECEMBRIS

Ab hac die Ant. ad Invit. «Prope est»; hymni proprii; antiphonæ feriales de laudibus dicuntur propriæ, quæ his diebus assignantur. In Ms. dicitur Pf. 2 Adv.

17 F. V De ea

Viol. Ms. pr., Pf. 2 Adv.; Ad. Magn. Ant. «O Sapientia»

† In Archicœnobio M.O.M. obiit Fr. Martinus M. Garbin, conversus (1964)

† In abbatia Beccensi obiit R.P.D. Augustinus M. Milcent (1984)

December

- 18 F. VI De ea
Viol. Ms. pr., Pf. 2 Adv.; Ad Magn. «O Adonai»
- 19 Sabb. De eo, Vp. seq.
Viol. Ms. pr., Pf. 2 Adv.; Ad Magn. «O Radix»
† In monasterio S. Stephani Bononiæ obiit R.P.D. Lucius M. Bernardinello (2005)
- 20 DOMINICA IV ADVENTUS (IV Psalm.)
Viol. Ms. pr. sine Gl., Cr., Pf. 2 Adv. Ad Magn. «O Clavis»
† In abbatia Sereniensi obiit Rev. mus P. Philibertus M. Ilari, Abbas emeritus (1993)
† In monasterio S. Georgii de Ferraria obiit R.P.D. Rodulfus M. Michelassi (1996)
† In Archicœnobio M.O.M. obiit Fr. Hugo M. Bartoli, Obl. Reg. (2015)
- 21 F. II. De ea
Viol. Ms. pr., Pf. 2 Adv.; Ad Magn. «O Oriens»
S. Petri Canisii, P.D., Memoria fieri potest, ut p. 5, n. 10, notatur.
- 22 F. III De ea
Viol. Ms. pr., Pf. 2 Adv.; Ad Magn. «O Rex»
- 23 F. IV De ea
Viol. Ms. pr., Pf. 2 Adv.; Ad Magn. «O Emmanuel»
S. Ioannis de Kety P., Memoria fieri potest, ut p. 5, n. 10, notatur.
† In abbatia S. Miniatis Florentiæ obiit R.P.D. Antoninus M. Benedetti (1978)
- 24 F. V De ea
Viol. Ms. pr., Pf. 2 Adv.
† In monasterio Dominæ nostræ Sanctæ Spei Mesnilli obiit R.mus P. Bernardus M. Maréchaux, Abbas (1927)
† In Archicœnobio M.O.M. obiit R.P.D. Xistus M. Savelloni (2005)

N. B. post Nonam explicit tempus Adventus

TEMPUS NATIVITATIS

Post annuam mysterii paschalis celebrationem, nihil antiquius habet Ecclesia quam memoriam Nativitatis Domini et primarum eius manifestationum recolere; quod fit tempore Nativitatis.

December

Advertenda in Missa

- 1) In omnibus Missis, quae hoc vespere, hac nocte et cras celebrabuntur, ad verba «Et incarnatus...» genuflectendum est, uno genu si recitentur, utroque genu si canuntur ab omnibus.
- 2) Cras omnes sacerdotes tres Missas celebrare vel concelebrare possunt, dummodo hae suo tempore celebrentur.

Probe adverte in liturgia horarum

- 1) In nocte Nativitatis Domini, ante Missam convenit ut sollemnisi vigilia celebretur per Officium lectionis.
Completorium ab iis qui huic vigiliæ intersunt non dicitur.
- 2) In officio lectionis, si Missa sequatur, loco TE DEUM, dicitur GLORIA IN EXCELSIS et, omissis ritibus introductionis, statim dicitur oratio Missæ. Deinde fiunt lectiones Missæ.
- 3) In eadem nocte Nativitatis, veritas Horarum impedit ne regulariter Laudes matutinæ statim post Missam de nocte celebrentur, sed de more dicantur ante Missam in aurora.

Ad mensam «Verbum caro...»

24 F. V Vesperi: I Vesperæ soll.

Alb. Ms. Vesp. Vigiliæ Nat. (Alb.) Gl., Cr., PE cum Pf. et partibus pr. Nativ.
⌘ Absolutio Gen.

25 F. VI IN NATIVITATE DOMINI Sollemnitas cum Octava

Alb. Ad Ms. in nocte, Gl., Cr., cum Pf. et partibus pr. Nativ. Ad hymn.
angelicum pulsantur campanæ et campanulæ.
Ad Ms. in aurora, et ad Ms. in die Gl., Cr., Pf. cum Pf. et partibus pr.
Nativ.
Omnes sacerdotes tres Missas celebrare vel concelebrare possunt, dummodo hae suo
tempore celebrentur.
Qui unam tantum Missam celebrat, eam sumat quæ respondet hora diei.
Sacerdos hodie ter celebrans potest tres eleemosynas percipere.

December

- 26 Sabb. S. Stephani Protomart., Festum, Vp. seq.
Rub. Ms. pr., Gl., cum Pf. et partibus pr. Nativ.
- 27 DOMINICA S. FAMILIÆ IESU, MARIÆ ET IOSEPH,
Alb. Festum (I Psalt.)
Ms. pr., Gl., Cr. cum Pf. et partibus pr. Nativ.
† In monasterio S. Mariæ Annuntiatæ de Abbazia obiit R.P.D. Æmilianus M.
Molteni (1941)
- 28 F. II Ss. Innocentium, Mm., Festum
Rub. Ms. pr., Gl., cum Pf. et partibus pr. Nativ., Vp. de Nativ.
- 29 F. III Die V infra Oct. Nat.
Alb. Ms. pr., Gl., Cr. cum Pf. et partibus pr. Nativ.
S. Thomæ Becket, E. M., Memoria fieri potest, ut p.5, n.10, notatur.
• In Anglia (Rub.): S. Thomæ Becket, E. M., Festum
- 30 F. IV Die VI infra Oct. Nat.
Alb. Ms. pr., Gl., cum Pf. et partibus pr. Nativ.
† In abbatia Lendinariensi obiit R.P.D. Clemens M. Cesana (1966)
- 31 F. V Die VII infra Oct. Nat., Vp. seq.
Alb. Ms. pr., Gl., cum Pf. et partibus pr. Nativ.
S. Silvestri I, Pp., Memoria fieri potest, ut p. 5, n. 10, notatur.

[Littera Martyrologii pro A.D. 2021: r]

IANUARIUS

2021

IANUARIUS

**1 F. VI In Octava Nativitatis Domini: SOLLEMNITAS
S. DEI GENETRICIS MARIAE**

Alb. Off. pr.; ad L. Ps. ut in d. Nativ. Ms. pr., Gl., Cr., Pf. 1 B.M.V. («in Maternitate»), PE cum Pf. et partibus pr. Nativ.

Pro Pace dies in universa Ecclesia

**2 Sabb. Ss. Basilii Magni et Gregorii Nazianzeni, E. D.,
Mem., Vp. seq.**

Alb. † Interfectus est in bello R.P.D. Valerius M. Capra (1943)
† In monasterio Camuliensi obiit Fr. Petrus M. Chiappin, conversus (1960)

3 DOMINICA II post Nativitatem, (II Psalm.)

Alb. Ms. pr. Gl., Cr. cum Pf. et partibus pr. Nativ.
[Ubi sollemnitas Epiphaniæ transfertur in dominicam: vide ad diem 6]
† In abbatia S. Miniatis Florentiæ obiit R.P.D. Modestus M. Scarpini (1964)

4 F. II De ea

Alb. • In U.S.A. (Alb.): S. Elisabeth Annæ Seton V. Rel., Memoria
• In Gallia (Alb.): S. Genovefæ, V., Memoria

5 F. III De ea, Vp. seq.

Alb. • U.S.A (Alb.): S. Ioannis Neumann, E., Memoria.
[Ubi sollemnitas Epiphaniæ transfertur in dominicam: Vp. de die.]

Cras Missa, ceteræque preces pro Rev.mo Abb. Gen.

6 F. IV IN EPIPHANIA DOMINI, Sollemnitas

Alb. Off. pr. Ms. pr., Gl., Cr., cum Pf. et partibus pr. Epiphaniæ. Post
Evang. (sedentibus omnibus) annuntiantur Festa mobilia anni
vertentis.
[Ubi sollemnitas Epiphaniæ transfertur in dominicam: De ea, Temp. Nativ. post
Epiphaniam]

† In Archicœnobio M.O.M. obiit R.P.D. Raphael M. Pinzuti (1986)

† In Archicœnobio M.O.M. obiit R.P.D. Orlandus M. Donatelli (2009)

IANUARIUS

- 7 F. V De ea, Temp. Nativ. post Epiphaniam
Alb. Vel [ad lib.] (Alb.): S. Raymundi de Penyafort, P.
• Plaisance: Vp. seq.
 † In abbatia Sereniensi obiit R.P.D. Ægidius M. Mariani (2014)
- 8 F. VI De ea
Alb. • Plaisance (Alb.): Our Lady of Prompt Succor, Patr. Louisiana, Sollemn.
 † In abbatia Tanzenbergensi obiit Rev.mus P. Bonifatius M. Ecker, Abbas (1924)
 † In abbatia Sereniensi obiit D. Maurus M. Viganò (1979).
- 9 Sabb. De eo, Vp. seq.
Alb. † In Archicœnobio M.O.M. obiit R.P.D. Anselmus M. Camagni (1972)
 † R.D. Vitus M. Minerva, iam monasterii S. Mariæ de Picciano (2009)
- 10 DOMINICA IN BAPTISMATE DOMINI, Festum
Alb. Off. et Ms pr., Gl., Cr., Pf. pr.
 † In Archicœnobio M.O.M. obiit R.P.D. Theophilus M. Lisanti (2007)

TEMPUS PER ANNUM Ante Quadragesimam

Tempore per annum non celebratur peculiaris mysterii Christi aspectus; sed potius ipsum mysterium Christi in sua plenitudine recolitur, præsertim diebus dominicis.

Hoc anno in Off. et Ms. sumitur Cyclus ferialis lectionum: I

If. Ms. adhibetur quotidie in feriis et etiam in Memoriis, nisi Ms. memoriae habeat lectiones stricte vel late proprias.

- 11 F. II. Hebd. I per annum, De ea (I Psalm.)
Vir. • Abu-Gosh [ad lib.] (Alb.): S. Theodosii Ab.
 † In monasterio Camuliensi obiit R.P.D. Isaias M. Iacozzilli (2009)
 † In Archicœnobio M.O.M. obiit R.P.D. Armandus M. Donatelli (2011)
Ad Compl. *Salve Regina*
- 12 F. III De ea
Vir. • Mesnilli (Alb.): S. Margaritæ Bourgeoys V., Memoria
- 13 F. IV De ea
Vir. Vel [ad lib.] (Alb.): S. Hilarii, E. D.
 † Ferrariae, ex Archicœnobio M.O.M. obiit R.P.D. Nazarenus M. Romagnollo (2019)

IANUARIUS

14 F. V De ea

- Vir.* • In Gallia [ad lib.] (Alb.): S. Remigii E.
• Guatimaliæ: Vp. seq.

15 F. VI Ss. Mauri et Placidi, discipulorum S.P. Benedicti,

Alb. Festum, Off. de Comm. Monachorum et pr., Ms. pr., Pf. relig.

✉ E.m.P. omittitur

- Guatimaliæ (Alb.): SS. Christi “Esquipulas”, Sollem. Ms. pr.

 † In Archicœnobio M.O.M. obiit Rev.mus P. Angelus M. Sabatini, Abbas Generalis
resignatus (1989)

 † In abbatia Beccensi obiit R. Fr. Henricus-Ludovicus M. Valantin (2003)

16 Sabb. B.M.V. in Sabbato, Vp. seq.

- Alb.* • Guatimaliæ (Alb.): Ss. Mauri et Placidi, Festum, Vp. seq.

 † In abbatia Lendinariænsi obiit Rev.mus P. Gabriel M. Ferraresi, Abbas (2011)

17 DOMINICA II PER ANNUM (II Psalt.)

Vir. Ms. dom., Gl., Cr., Pf. de dom. per annum.

- Rostrevor: Vp. seq.

 † In abbatia Beccensi obiit R.D. Rogerius M. Dumoulinneuf (2005)

A die 18 ad diem 25 fiet octiduum: PRO CHRISTIANORUM UNITATE

*Octidui omnibus diebus, etiam die dominica, celebrari potest Ms. pr. pro
Unitate: (Pf. pr., color diei; in Dom, cum Gl. et Cr.); inventur in MR; «pro
variis necessitatibus»; etiam in aliis Missis præstat ut intentio peculiaris in
oratione fidelium ponatur.*

18 F. II De ea

- Vir.* • Maylis-Eyres Moncubes (ex heri: Alb.): S. Antonii Abb., Memoria
• Rostrevor (Alb.): In Dedicatione Eccl. Monasticæ, Sollemnitas, Ms. Dedic., Gl., 3 ll.,
Cr., Pf. Dedic., Vp. de die

19 F. III De ea

- Vir.* † In America septentrionali obiit R.P.D. Lambertus M. Travi (1951)
 † In abbatia Tanzenbergensi obiit R.P.D. Bonifatius M. Schmittfull, Prior claustral is
(1952)
 † In Brasilia obiit R.P.D. Ignatius M. Lezama (1964)

IANUARIUS

20 F. IV De ea

- Vir.* Vel [ad lib.] (Rub.): S. Fabiani, Pp. M.
Vel [ad lib.] (Rub.): S. Sebastiani, M.
• Abu-Gosh [ad lib.] (Alb): S. Euthimii, Ab.
• Rivi Nigri (Rub.): S. Sebastiani, M., Tit. Eccl. Cath. et Patr. Civ., Festum. Ms. pr., Gl., Pf. Mm.

21 F. V S. Agnetis, V. M., Memoria

- Rub.* In Ms. conv. ob. anniv. confirm. C.N. a Clemente VI (1344), præstat ut de hoc
anniversario mentio peculiaris fiat in oratione fidelium.
Post Ms. vel post Vp. canitur «TE DEUM»
† In Archicœnobio M.O.M. obiit R.D. Iustus M. Faccà (1972)

22 F. VI De ea

- Vir.* Vel [ad lib.] (Rub.): S. Vincentii Diac. M.
☒ E.m.P.

23 Sabb. B.M.V. in Sabbato, Vp. seq.

- Alb.* † In monasterio Septimianensi obiit R.mus P. Benedictus M. Benedetti, Abbas
(1929)
† Ex abbatia Mayliliensi obierunt R.P.D Philippus M. Guérin-Séguier, et R.D.
Stephanus M. Bévillard, clericus (1984)
† Feltriae obiit R.P.D. Valerianus M. Fattore (1990)

24 DOMINICA III PER ANNUM (*De Verbo Dei*) (III Psalt.)

- Vir.* Ms. dom., Gl., Cr., Pf. de dom. per annum.
• S. Pauli, (Alb.): Vp. seq.
† Giussani, ex abbatia S. Maria Nova de Urbe, Franciscus M. Arachelian, oblatus
(2020)

25 F. II In Conversione S. Pauli, Ap., Festum

- Alb.* Ms. pr., Gl., Pf. I Ap., LH. Pr.
• S. Pauli, (Alb.): In Conversione S. Pauli Ap. Patr. princ. Civit. et Regionis, Sollemn.,
Ms. pr., Gl., 3 ll., Cr.

26 F. III Ss. Roberto, Alberici et Stephani, Abbat. Cist.

- Alb.* Memoria, Ms. pr. Ss. Abb. (v. Pr. Missarum OSB ed 1975)
† In abbatia Sereniensi obiit R.mus P. Petrus M. Paolazzi, Abbas resignatus (1969)

27 F. IV De ea

- Vir.* Vel [ad lib.] (Alb.): SS. Timothei et Titi, E.
Vel [ad lib.] (Alb.): S. Angelae Merici, V.
• Rodingi, (Alb.): S. Angela Merici, V., Memoria.
† Vindobonæ in Austria obiit R.P.D. Meinradus M. Gottwald (1954).

IANUARIUS

- 28 F. V S. Thomæ de Aquino, P. D., Memoria
Alb. † In Archicœnobio M.O.M. obiit R.mus P. Aloysius M. Perego, Abbas Generalis
resignatus (1947)
† In monasterio Redemptoris Matris in Opelousas obiit R.P.D. Ieremias M. O'Neil
(2010)
- 29 F. VI De ea
Vir. ✧ E.m.P.
- 30 Sabb. B.M.V. in Sabbato, Vp. seq.
Alb.
- 31 DOMINICA IV PER ANNUM (IV Psalt.)
Vir. Ms. dom., Gl., Cr., Pf. de dom. per annum.

FEBRUARIUS

- 1 F. II De ea
Vir. • Rostrevor: (Alb.): S. Birgittae, V., Patr. Nat. Hiberniae, Festum
† In abbatia Sereniensi obiit R.P.D. Iustus M. Gualfredo (1975)
- 2 F. III IN PRÆSENTATIONE DOMINI, Festum
Alb. Ms. pr., Gl., Cr., Pf. pr.
† In monasterio S. Stephani Bononiae obiit R.P.D. Marcellus M. Brizzi (2006)
- Hodie ante Missam Conven. fīt benedictio et processio candelarum quæ incipit,
si potest fieri, in ecclesia minore, vel alio loco extra ecclesiam ad quam
processio tendit. Initio fideles in manibus tenent candelas, quæ accenduntur
dum canitur ant. conveniens. Processione completa candelæ extinguntur. In
Ms. post processionem, omissa actu pænitentiali, dicitur continuo «Gloria».*

Hodie celebratur dies Vitæ Consecratæ

- 3 F. IV De ea
Vir. Vel [ad lib.] (Rub.): S. Blasii, E. M.
Vel [ad lib.] (Alb.): S. Ansgarii, E.
• Abu-Gosh: [ad lib.] (Alb.): Ss. Simeonis et Annæ
† In monasterio S. Mariæ de Puteo obiit R.P.D. Marcellinus M. Amede (1973)
† In Mexico obiit R.P.D. Patritius M. Grant (2002)
- 4 F. V De ea
Vir. † In monasterio Septimianensi obiit R. Fr. Gabriel M. Bacciardi, Obl. Reg. (1998)

FEBRUARIUS

5 F. VI S. Agathæ, V. M., Memoria

Rub. ✧ E.m.P.

† In abbatia Beccensi obiit R.P.D. Andreas M. Servain (1990)

6 Sabb. S. Pauli Miki et Sociorum, Mm., Memoria, Vp. seq.

Rub. † In Archicœnobio M.O.M. obiit R.D. Benedictus M. Telch (1973)

7 DOMINICA V PER ANNUM (I Psalm.)

Vir. Ms. dom., Gl., Cr., Pf. dom per annum.

• S. Nazarii: Vp. seq.

8 F. II De ea

Vir. Vel [ad lib.] (Alb.): S. Hieronymi Emiliani

Vel [ad lib.] (Alb.): S. Iosephinæ Bakhita V.

• S. Nazari (Alb.): In Dedicatione Eccl. Monasticæ, Sollemnitas, Off et Ms. Dedic., Gl., 3 ll., Cr., Pf. Dedic.

† In abbatia S. Miniatis Florentiæ obiit R.P.D. Romanus M. Nardin (1969)

9 F. III De ea

Vir. † In Archicœnobio M.O.M. obiit D. Isidorus M. Ribaldone, clericus (1923)

† In monasterio S. Mariæ de Soulac obiit R.P.D. Stephanus M. Darley (1934)

† In cella de Gräfinthal obiit Rmus. P. Nicolaus de Wolf, abbas resignatus (2015)

• *APUD MONIALES*: Vp. seq.

10 F. IV S. SCHOLASTICÆ, V. Sor. S.P.N. Benedicti

Alb. Festum, Ms. Pr., (v. Pr. Miss. O.S.B.), seq. ad lib., Gl, Pf. pr.

• *APUD MONIALES*: (Alb.) S. Scholasticæ, V. Sor. S.P.N. Benedicti, Sollemnitas, Ms. pr., (v. Pr. Miss. O.S.B.), seq. ad lib., Gl, 3 ll., Cr., Pf. pr.

† In Archicœnobio M.O.M. obiit R.P.D. Linus M. Costanzi (2019)

11 F. V De ea

Vir. Vel [ad lib.] (Alb.): S. Benedicti Anianensis, Abb. (Ms. pr. Missarum O.S.B., ed. 1975).

Vel [ad lib.] (Alb.): B. Mariæ Virginis de Lourdes

† In monasterio S. Prosperi Camuliensis obiit R.P.D. Andreas M. Figari (1999)

† In abbatia S. Miniatis Florentiæ obiit R.P.D. Æmilianus M. Landra (2015)

Hodie celebratur dies pro infirmiis

12 F. VI De ea

Vir. ✧ E.m.P.

FEBRUARIUS

13 Sabb. B.M.V. in Sabbato, Vp. seq.

- Alb.* • In Archicœn. Montis Oliveti M.: Vp. seq.
† In monasterio S. Mariæ Novæ de Urbe obiit Rev.mus P. Gregorius M. Palmerini,
Abbas, quondam Congregationis Procurator Generalis (1976)

14 DOMINICA VI PER ANNUM (II Psalm.)

Vir. Ms. dom., Gl., Cr., Pf. dom per annum.

- In Archicœn. Montis Oliveti M. (Alb.): In Dedicatione Eccl. Archiabbat., Sollemn.,
Off. Dedic. In Ms. Gl., 3 II., Cr., Pf. Dedic.
† In Austria obiit R.P.D. Pius M. Aschauer (1961)
† In monasterio S. Mariæ Angelorum de Jeremie (Haiti) obiit R.P.D. David M.
Beynon (1979)
† In monasterio Sereniensi obiit R.D. Christianus M. Molteni, diaconus (2009)

15 F. II De ea

- Vir.* • In Archicœn. Montis Oliveti M. (ex heri, Alb.): Ss. Cyrilli, mon. et Methodii E., Festum
• Rodingi: (Rub.): Ss. Faustini et Iovitæ, Mm. Patr. Dioec., Festum

16 F. III De ea

Vir.

TEMPUS QUADRAGESIMÆ

*Tempus Quadragesimæ ordinatur ad præparationem celebrantionis Paschæ:
liturgia enim quadragesimalis tam catechumenos, per diversos initiationis
christianæ gradus, quam fideles, memoriam Baptismi recolentes et pænitentiam
agentes, componit ad celebrandum paschale mysterium.*

(Ms. pr. Missarum O.S.B., ed. 1975).

Tempore Quadragesimæ:

1. Memoriæ Sanctorum, calendario tum generali tum particulari inscriptæ modo celebrantur indicato in ILH.
2. In omnibus partibus Missæ et Officii ubi reperiatur, Alleluia omittur.
3. In sollemnitatibus et festis, necnon in peculiaribus celebrationibus, dicitur Te Deum et Gloria in Excelsis.
4. Sonus organi aliorumque instrumentorum permittitur ad cantum sustentandum; prohibetur si solus peragitur.
5. In celebratione Matrimonii, sive infra Missam sive extra Missam, benedictio nuptialis semper impertienda est. Moneantur tamen sponsi ut rationem habeant peculiaris naturæ huius temporis liturgici.

Feria IV Cinerum:

FEBRUARIUS

1. Ieiunium cum abstinentia.
2. Ad Missam, post evangelium et homiliam, benedicuntur et imponuntur cineres, facti de ramis olivarum vel aliarum arborum anno præcedenti benedictis. Actus pænitentialis omittitur.

17 F. IV CINERUM

- Viol.* Ab hac die omnia ut in Ordinario T.Q. Ms, pr., Pf. 3 vel 4 T.Q.
Ad Compl. *Ave Regina Cælorum*
⌘ Absolutio Gen.

18 F. V De ea

- Viol.* • Rodigi (ex heri, Alb.): In Dedic Eccl. Mon., Sollemnitas. Off. Dedic. In Ms. Gl., 3 ll., Cr., Pf. Dedic.
• In Gallia: S. Mariæ Bernardæ, V. Mem. fieri potest, ut p. 5, n.10, notatur.

19 F. VI De ea

- Viol.* ⌘ E.m.P.

20 Sabb. De eo, Vp. seq.

- Viol.* † In Monasterio S. Stephani Bononiae obiit R.P.D. Albertus M. Bolognesi (1998)

21 DOMINICA I QUADRAGESIMÆ (I Psalt.)

- Viol.* Off. ut in Ord. Dominicæ T.Q. et pr.; sic in aliis dominicis T.Q., Ms. dom., Cr., Pf. pr.
In Dominicis T.Q. "Te Deum" omittitur.
† In Archicœnobio M.O.M. obiit Rev. Fr. Paulus M. Epis, oblatus (1994)

22 F. II CATHEDRÆ S. PETRI, Ap., Festum

- Alb.* Off. et Ms. pr., Gl., Pf. pr.

23 F. III De ea

- Viol.* S. Polycarpi, E. M. Mem. fieri potest, ut p. 5, n.10, notatur.
† In Archicœnobio M.O.M. obiit R. Fr. Laurentius M. Conti, conversus (1934)

FEBRUARIUS

24 F. IV De ea

Viol.

25 F. V De ea

Viol.

26 F. VI De ea

Viol. ✧ E.m.P.

† In monasterio S. Prosperi Camuliensis obiit R.P.D. Ildefonsus M. Giorgi, Prior (1922)

† Ibidem obiit R.P.D. Joseph M. Apicella (1927).

† In Abbatia S. Miniatis Florentiæ obiit R.mus P. Caietanus M. Romagnoli, Abbas (1962)

† In Abbatia S. Mariæ M.O. Rivi Nigri obiit R.D. Bernardus M. Rossin (1974)

† In monasterio S.Silvestri de Fabriano obiit R.P.D. Reginaldus Grégoire, postulator Ordinis nostri (2012)

27 Sabb. De eo, Vp. seq.

Viol.

28 DOMINICA II QUADRAGESIMÆ (II Psalm.)

Viol. Ms. dom., Cr. Pf. pr.

† In Germania obiit R.P.D. Benedictus M. de Malherbe (1953)

† In monasterio Sanctæ Trinitatis Sancti David obiit R.P.D. Aloysius-Bernardus M. Hasenfuss, prior (2000)

MARTIUS

1 F. II De ea

Viol.

2 F. III De ea

Viol.

† In abbatia Sereniensi obiit R. F. Hugo M. Cocchi; obl. Reg. (2001)

† In monasterio Resurrectionis D.N.J. Christi (Obispo) obiit R.P.Ab. em. David M. Geraets, prior (2012)

3 F. IV De ea

Viol.

• U.S.A.: S. Catharinæ Drexel, [ad lib.] Mem. fieri potest, ut p. 5, n. 10, notatur.

† In monasterio Reginæ Pacis de Schotenhof obiit R.mus P. Constantinus M. Booschaerts, Abbas Visitator (1950)

4 F. V De ea

Viol.

S. Casimiri, [ad lib.] Mem. fieri potest, ut p. 5, n. 10, notatur

MARTIUS

- Palo del Colle, (Alb.): B.M.V. Constantinopolis «Odegitria», Patr. Dioec., Festum, Off. et Ms. B.M.V., Gl., Pf. B.M.V.

5 F. VI De ea

Viol. ♫ E.m.P.

† In abbatia Leginariaensi obiit R.P.D. Amadeus M. Savoi, Abbas emeritus (2000)

Cras triduana supplicatio ante sollemn. S.Franciscae Romanæ

6 Sabb. De eo, Vp. seq.

Viol.

7 DOMINICA III QUADRAGESIMÆ (III Psalm.)

Viol. Ms. dom., Cr. Pf. de Quadr. vel pr. si adhibentur lectiones ad libitum
(*de Samaritana*).

† In monasterio S. Prosperi Camuliensis obiit R.P.D. Fortunatus M. Casalini (1952)

8 F. II De ea, Vp. seq.

Viol. S. Ioannis a Deo, Rel., Mem. fieri potest, ut p.5, n.10, notatur.

- Guatimaliæ: Vp. seq.

† In abbatia Tanzenbergensi obiit R.P.D. Camillus M. Hinterberger (1944)

9 F. III S. FRANCISCÆ ROMANÆ, Rel., Sollemnitas

Alb. Ms. pr., Gl., 3 ll., Cr., Pf. pr.

- Guatimaliæ (Alb.): In Dedic Eccl. Mon., Sollemnitas In Ms. Gl. 3 ll., Cr., Pf. Dedic.

† Ex abbatia Sereniensi, in abbatia Beccensi obiit R.D. Aloysius M. Donegà, (1989)

10 F. IV De ea

Viol. • Guatimaliæ (ex heri, Alb.): S. FRANCISCÆ ROMANÆ, Rel., Sollemnitas. Ms., pr., Gl., 3 ll., Cr., Pf. pr.

11 F. V De ea

Viol. † In civitate S. Pauli in Brasilia obiit R.P.D. Silvester M. Asconati (1950)

12 F. VI De ea

Viol. ♫ E.m.P.

† In abbatia Beccensi obiit R.P.D. Gabriel M. Robbe (1993)

*Cras Annivers. electionis Francisci Pp. (2013): in omnibus Missis
opportunius peculiaris intentio pro Papa in Oratione fidelium ponatur.*

MARTIUS

13 Sabb. De eo, Vp. seq.

- Viol.* *Hodie ad Vp. et crastino die organum aliaque instrumenta pulsari possunt*
† In abbatia Mayliliensi obiit R.F. Bruno M. Lafourcade, oblatus (1981)
† In monasterio Christi Regis, Londinii obiit R.P. Victorinus M. Aldinucci, Abbas res. (2004)

14 DOMINICA IV QUADRAGESIMÆ *Lætare* (IV Psalm.)

- Ros./Viol.* Ms. pr., Cr., Pf. de Quadr. vel pr. si adhibentur lectiones ad libitum (*de cæco nato*)
† In Archicœnobio M.O.M. obiit R.P.D. Patritius M. Papucci, Prior claustral is (1957)

15 F. II De ea

Viol.

16 F. III De ea

- Viol.* • Rostrevor: Vp. seq.
† In Archicœnobio M.O.M. obiit R.P.D. Iacobus M. Ferrari, olim œconomus generalis (2017)

Anniversarium pro summis pontificibus benefactoribus C.N.

17 F. IV De ea

- Viol.* S. Patricii, E., Mem. fieri potest, ut p. 5, n. 10, notatur.
• In Anglia (Alb.): S. Patricii, E., Festum
• Rostrevor (Alb.): S. Patricii, E., Patr. Princ. Hiberniæ, Sollem. Ms. pr., Gl., 3 ll., Cr., Pf. pr.

18 F. V De ea, Vp. seq.

- Viol.* S. Cyrilli Hierosolymitani, E. D. Mem. fieri potest, ut p. 5, n. 10, notatur.
† E monasterio Dominæ nostræ Sanctæ Spei Mesnilli obiit R.P.D. Odilo M. Labardens (1938)

19 F. VI S. IOSEPH Sponsi B.M.V., Sollemn.

- Alb.* Off. pr.; Ms. pr., Gl., Cr., Pf. pr.
☒ E.m.P. omittitur

20 Sabb. De eo, Vp. seq.

- Viol.* † In Archicœnobio M.O.M. obiit R.D. Placidus M. Bortolaso (2004)

21 DOMINICA V QUADRAGESIMÆ (I Psalm.)

- Viol.* Ms. dom., Cr. Pf. de Quadr. vel pr. si adhibentur lectiones ad libitum (*de Lazaro*)
† In monasterio Dominæ nostræ Sanctæ Spei Mesnilli obiit R.P.D. Ludovicus M. Boumier (1955)

MARTIUS

22 F. II De ea

Viol. Pf. de Passione I

- † In abbatia S. Mariae M.O. Rivi Nigri obiit R.P.D. Philippus M. Garzoni (1973)
† In Archicœnobio M.O.M. obiit R.P.D. Rudesindus M. Celli (1991)
† In abbatia S. Nicolai et Pauli VI Rodingi obiit R.P.D. Antonius M. Mariani (2008)
† Ibidem obiit R.P.D. Placidus M. Rigolin (2011)

23 F. III De ea

Viol. Pf. de Passione I

S. Turibii de Mongrovejo, E., Mem. fieri potest, ut p. 5, n. 10, notatur.

- † In monasterio S. Mariæ de Puteo obiit R.P.D. Honoratus M. Dubini (1965)
† In abbatia Beccensi obiit R.P.D. Petrus M. Vaillant (1989)

24 F. IV De ea, Vp. seq.

Viol. Pf. de Passione I

- † In abbatia Beccensi obiit R.P.D. Hippolytus M. Dussol (2003)
† In Libano obiit R.P.D. Michael M. Birlouet, (2004)

Cras Missa, ceteræque preces pro Rev.mo Abb. Gen.

25 F. V IN ANNUNTIATIONE DOMINI, Sollemnitas

Alb. Off. et Ms. pr., Gl., Cr., Pf. pr.

Ad verba Cr. «et incarnatus» omnes genua flectunt.

- Picciano, In Annuntiatione Domini: Tit. Eccles., Sollemnitas Ms. pr., Gl., 3 ll., Cr., Pf. pr.
- Opelousas (Alb.): In Annuntiatione Domini: Patr. Mon., Sollemnitas Ms. pr., Gl., 3 ll., Cr., Pf. pr.

*Cras erit DCCII anniversarius dies fundationis
monasterii Sanctæ Mariæ de Oliveto*

26 F. VI De ea

Viol. Pf. de Passione I

‡ E.m.P.

- † In abbatia S. Miniatis Florentiæ obiit R.P.D. Alphonsus M. Lucchesi, Prior claustral is (1962)

MARTIUS

27 Sabb. De eo, Vp. seq.

Viol. Pf. de Passione I

28 DOMINICA IN PALMIS DE PASSIONE DOMINI (II Psalt.)

Rub. Off. et Ms. pr., Cr., Pf. pr.; vide in MR. pro processione et lectione historiæ Passionis D.N.I.C.

29 F. II HEBDOMADÆ SANCTÆ

Viol. Ms. pr., Pf. 2 Pass.

† In abbatia S. Mariæ M.O. Rivi Nigri obiit Fr. Benjamin M. Garzoni, novitus conversus (1922)

30 F. III HEBDOMADÆ SANCTÆ

Viol. Ms. pr., Pf. 2 Pass.

31 F. IV HEBDOMADÆ SANCTÆ

Viol. Ms. pr., Pf. 2 Pass.

APRILIS

1 F. V HEBDOMADÆ SANCTÆ

Viol. Off. de feria usque ad Nonam cum ordinario HS. et pr.

† In abbatia Beccensi obiit R.P.D. Cyrillus M. Duport (1999)

SACRUM TRIDUUM PASCHALE PASSIONIS ET RESURRECTIONIS DOMINI

Secundum consuetudinem monasticam Abbas præsidet in hoc triduo omnes celebrationes liturgicas, etiam in Liturgia Horarum hebdomadario fungitur.

ALTARE:

- F. V in Cœna Domini præparatur cum Cruce et candelabris accensis, sed absque sollemnitate.
- F. VI in Passione Domini omnino nudum sit, sine Cruce et sine candelabris.
- Sabbato Sancto sit nudum cum Cruce et quatuor candelabris accensis tantum.

APRILIS

Missa vespertina in Cœna Domini

- Alb.* Ms. pr.; Gl., Pf. I Euchar.; si adhibetur Canon Romanus «Communic.», «Hanc igitur», «Qui pridie» propria. In fine omittuntur ritus dimissionis et sollemniter defertur SS. Eucharistia ad sacellum ornatum.
Vesp. omittuntur ab iis qui Ms. vesp. interfuerunt

Cras ieunium cum abstinentia.

2 F. VI IN PASSIONE DOMINI

- Rub.* Valde convenit ut hodie et cras Matut. et Laudes sollemniter cum populo celebrentur. Celebratio Passionis Domini ut in Missali. Vesp. dic. tt. ab iis qui celebrationi Passionis Domini non interfuerunt. Post communionem tabernaculum vacuum sit usque ad Ms. vigiliae Paschalis.
Hodie post Crucis detectionem et cras usque ad Vig. Pasch. exclusive Crucis genuflectitur.

† In abbatia S. Mariæ de Guadalupe, Pecos obiit R.P.D. Samuel M. Dennis (2015)

3 Sabb. SANCTUM

- Ad sepulcrum Domini; Off. pr.; Vp. dicuntur hora competenti
Compl. omittitur ab iis qui Vig. Pasch. intersunt.

† In Archicœnobio M.O.M. obiit R.P.D. Augustinus M. Molteni (1940)

TEMPUS PASCHALE

Quinquaginta dies a dominica Resurrectionis ad dominicam Pentecostes in lætitia et exultatione celebrantur sicut unus dies festus, immo «magna dominica». Hi sunt dies in quibus præcipue cantatur Alleluia.

Animadvertenda pro tempore paschali.

1. Cereus paschalisi servatur apud altare vel apud ambonem usque ad dom. Pentecostes inclusive.
2. In fine Completorii et loco *Angelus Domini*, dic. *Regina cœli*, usque ad dom. Pentecostes inclusive.

APRILIS

4 DOMINICA PASCHÆ IN RESURRECTIONE DOMINI, Sollemnitas cum octava (I Psalm.)

Alb. Hodie Off. Lect. omittitur ab iis qui vig. Pasch. interfuerunt. In Missa Vig. Pasch. Pf. 1 T.P.: «In hac potissimum nocte» In Canone Romano «Communic.» et «Hanc igitur» pr. Ad Ite Missa est additur duplex Alleluia (sic usque ad Dom. seq. incl.). Ad Gl. pulsantur campanæ et campanulae. Liturg. Horarum huius Dominicæ inchoantur a Laudibus, quæ incipiunt cum Invitatorio. In fine L. et Vesp., sicut in Ms. ad Ite..., additur duplex Alleluia usque ad Vesp. dom. in Albis inclusive. Missa pr., Gl., Sequentia: canitur statim post II lectionem (vel recitat, sedentibus omnibus), postea canitur alleluia ante Evangelium, Cr., Pf. 1 T.P. In Can. Romano «Communic.» et «Hanc igitur» pr.

Post Vesperas explicit triduum Paschale.

5 F. II infra Oct. Paschæ

Alb. Off. ut in Ord. T.P. et pr., L. et Vp. ut in dom. Resurr. Ad Ben. et Magn. ant. pr. Ad Horas minores ant. pr., Ms. pr., Gl., (Seq.), sine Cr.

6 F. III infra Oct. Paschæ

Alb. Ut Feria II

† In monasterio Londiniensi obiit R.P.D. Edmundus M. Jones, Prior (1985)

† In Archicœnobio M.O.M. obiit R.D. Crysanthus M. Galleran, diaconus (1998)

7 F. IV infra Oct. Paschæ

Alb. Ut Feria II

† In monasterio S. Georgii de Ferraria obiit R.P.D. Alexander M. Sonnini (1997)

8 F. V infra Oct. Paschæ

Alb. Ut Feria II

† In abbatia Sereniensi obiit Fr. Victorinus M. Gioia, conversus (1964)

9 F. VI infra Oct. Paschæ

Alb. Ut Feria II

† In abbatia S. Miniatis Florentiæ obiit R.P.D. Minias M. Tognetti (2007)

† In abbatia Beccensi obiit R.P.D. Gilbertus M. Watson (2019)

10 Sabb. infra Oct. Paschæ, Vp. seq.

Alb. Ut Feria II

† In abbatia Tanzenbergensi obiit R.P.D. Adalbertus M. Strutzenberger (1945)

APRILIS

11 DOMINICA II PASCHÆ

Alb. seu DE DIVINA MISERICORDIA (II Psalm.)

Officium: omnia ut in dom. Resurrectionis etiam nocturni præter ant.
ad Ben. et Magn. et or. Missa dom., Gl., seq. ad lib., Cr., Pf. T.P., II
Vp. de dom. II Paschæ

12 F. II De ea

Alb.

13 F. III De ea

Alb. Vel [ad lib.] (Rub.): S. Martini I Pp. M.

14 F. IV De ea

Alb. † In abbatia S. Mariæ M.O. Rivi Nigri obiit R.P.D. Hyppolitus M. Tedeschi (2017)

15 F. V De ea

Alb. † In abbatia Beccensi obiit R.P.D. Julianus, M. Maudet (2004)

16 F. VI De ea

Alb. † In Archicenobio M.O.M. obiit R.D. Caietanus M. Saglia (1998)

17 Sabb. De eo, Vp. seq.

Alb.

18 DOMINICA III PASCHÆ (III Psalm.)

Alb. Off. Ord. dom. T.P. Ms. dom., Gl., Cr., Pf. T.P.

19 F. II De ea

Alb. † In abbatia Mayliliensi obiit R. P.D. Ioannes-Gabriel M. Personnaz (2016)

† In abbatia S. Mariæ de Guadalupe, Pecos obiit R.P.D. Robertus M. Lussier (2019)

20 F. III De ea

Alb. • Becci: Vp. seq.

• Rodigi (Alb.): Omnim Sanctorum Eccl. Brixensis, Festum. Ms. pr., Gl., Pf. Sanct.

† In monasterio S. Mariæ Annuntiatæ de Abbazia, interfunctus est R.P.D. Simon M. Nardin (1945)

† In abbatia S. Mariæ Novæ de Urbe obiit R.D. Augustinus M. Danielli, (2009)

† In monasterio S. Georgii de Ferraria obiit R.P.D. Stanislaus M. Avanzo (2016)

21 F. IV S. Anselmi, E. D., Memoria

Alb. Becci (Alb.): S. Anselmi, E. D., Patr. abbatiae, Sollemn. Ms. pr., Gl., 3 ll., Cr., Pf. Pastorum

† In abbatia S. Miniatis Florentiæ obiit R.P.D. Casimirus M. Masetti (1984)

APRILIS

22 F. V De ea

Alb.

23 F. VI De ea

Alb. Vel [ad lib.] (Rub.): S. Adalberti, E. M.

Vel [ad lib.] (Rub.): S. Georgii, M.

• In Anglia (Rub.): S. Georgii, M. Angliæ Patr., Festum Ms. de S., Gl., Pf. Mm.

† In monasterio S. Mariæ de Angelis obiit R.P.D. Emmanuel M. Gallois (1959)

24 Sabb. De eo, Vp. seq.

Alb. Vel [ad lib.] (Rub.): S. Fidelis de Sigmaringen, P. M.

Cras erit dies mundialis pro vocationibus

25 DOMINICA IV PASCHÆ (IV Psalt.)

Alb. Off. Ord. dom. T.P. Ms. dom., Gl., Cr., Pf. T.P.

† In Archicœnobio M.O.M. obiit R.P.D. Achilleus M. Manzoni (1979)

† In Lubbock, Texas, ex Abbatia Dominæ Nostræ Guadalupensis, obiit R.P.D.

Paulus M. Meaden (2020)

*Cras XI anniversarius Canonizationis S.P.N. Bernardi Tolomei
a Benedicto Pp. XVI*

26 F. II De ea

Alb. • Florentiæ, S. Miniatis: Vp. seq.

27 F. III De ea

Alb. • Florentiæ, S. Miniatis (Alb.): In Dedicatione Basilicæ, Sollemnitas Ms. Dedic. Gl., 3
ll., Cr., Pf. Dedic.

28 F. IV De ea

Alb. Vel [ad lib.] (Rub.): S. Petri Chanel, P. M.

Vel [ad lib.] (Alb.): S. Ludovici M. Grignion de Montfort, P.

† In monasterio Montis Oliveti, Kumasi (Ghana) obiit R.D. Ioannes M. Baidoo (2006)

APRILIS

- 29 F. V S. Catharinæ Senensis, V. D., Festum.
Alb. (Patronæ Europæ, Italiae et C.N.) Off. et Ms. pr., Gl., Pf. Virg.

- 30 F. VI De ea
Alb. Vel [ad lib.] (*Alb.*): S. Pii V, Pp.

MAIUS

- 1 Sabb. De eo, Vp. seq.

Alb. Vel [ad lib.] (*Alb.*): S. Ioseph Opificis
† In monasterio S. Stephani Bononiae obiit R.P.D. Leander M. Trezzi (1972)

- 2 DOMINICA V PASCHÆ (I Psalt.)

Alb. Off. Ord. dom. T.P. Ms. dom., Gl., Cr., Pf. T.P.

- 3 F. II SS. PHILIPPI ET IACOBI, App., Festum

Rub. Ms. pr., Gl., L.M. pr., Pf. Apost.
• Schotenhof (*Alb.*): In Dedicatione Ecclesiæ Monasticæ, Sollem. Ms. et Pf. Dedic., Gl.,
3 ll., Cr.
• Guatimaliæ (*Rub.*): Inventio S. Crucis, Festum
† In monasterio S. Prospieri Camuliensis obiit Rev.mus P. Mauritius M. Contorni,
Abbas Generalis emeritus (1996)
† In Cereati Mariano (Casamari) obiit R.P.D. Iulianus M. Palmerini, de monasterio
S. Mariæ Novæ de Urbe (2001)

- 4 F. III De ea

Alb. • In Anglia: (*Rub.*): Beatorum Martyrum Angliæ et Valliæ, Festum

- 5 F. IV De ea

Alb.

- 6 F. V De ea

Alb. • Mesnilli (*Alb.*): S. Prudentii, Trecensis E., Mem.
† In abbatia S. Miniatis, Florentiæ obiit R.P.D. Nicolaus M. Sangirardi (2020)

- 7 F. VI De ea

Alb.

- 8 Sabb. De eo, Vp. seq.

Alb. † Volsiniorum obiit R.P.D. Ambrosius M. Fumagalli (1998)

MAIUS

9 DOMINICA VI PASCHÆ (II Psalm.)

Alb. Off. Ord. dom. T.P. Ms. dom., Gl., Cr., Pf. T.P.

